



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Orator Christianvs Caroli Regii E Societate Iesv**

**Reggio, Carlo**

**Romæ, 1612**

Præter conciones alia opera pia. cap. 22.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68672)

peruincque nobis est, mulieres si vnum vanitatis genus omittant, aliud deuo excogitare. Meminerit quoque eorum, que in reprehensionibus seruanda esse supra notauimus.

*Præter Conciones ordinarias alia opera pia præstanda. Cap. XXI.*

**N**ono præter matutinas conciones, quæ tota quadragesima quotidie habentur, in plerisque ciuitatibus visu receptum est, vt sexta feria, vel alio hebdomada die, ad excitandam populi pietatem per dimidiatæ hora spatium aut etiam minus de Dominica passione habeantur vespere sermones. Multumque præderit si Sacratissimum Christi corpus per id tempus sit expositum ad adornandum, & pius aliquis concentus ante, & post adhibeatur, qui & inuiter auditores, & moueat. Alicubi libenter postrema diei hora, ter in hebdomada, audito campanæ signo, conueniebat populus in templum ad orationem coram Sanctissimo Sacramento; quibus diebus vna ex confraternitatibus solenni supplicatione vicissim intererat; breuis sermo habebatur, & puncta aliqua recitabantur ad usum meditationis; simulque Sanctorum Litanie decantabantur. Pia hæc consuetudo perutilis est, vt non ore solum, & voce, sed animo, & cogitatione populus orare assuescat. Porro consideret concionator, consulatque Prælatum & alios an expediat instituire, aut renouare aliquam sodalitatem, & confraternitatem earum, quæ pijs operibus vacare solent ad suam, & aliorum utilitatem. Optima esset, si qua hoc nomine institueretur vt sodales frequentius sacramenta suscipere, præscriptis ijs regulis, & legibus, quæ forent loco, ac tempori accommodata. Præterea vbi non esset deberet institui congregatio, ex his quibus cura esset festis diebus, docere pueros, & puellas doctrinam Christianam, cuiusmodi multæ sunt optimis legibus tota Italia constituta. Etiam curandum videtur vt sint qui inopiæ succurrant, familiarum præpudore non mendicantium, & pudicitia puellarum ob egestatem periclitantium, & pueris, ac puellis orphanis per urbem misere vagis, & nocte sub porticibus cum periculo magno iacentibus. Aliqua esset præsertim ex nobilibus excitanda sodalitas ad paces conciliandas, vel certe id muneris alicui iam excitatæ posset adiungi. Opus quod visitandis Nosocomijs, vel carcere detentis, & infirmis adiuuando impenditur inter magna Christianæ professionis opera haberi

Conuentus ad orationem.

Congregatio Doctr. Christianæ.

Qui visitent familias inopum.

Sodalitas ad conciliandos discordias.

Qui visitent hospitalia, & carceres.



beri debet, ac serio omnibus commendari. Quod si effici poterit, ut sodalitas aliqua suscipiat, curetque, ut miseri illi iuuetur in calamitatibus, & animi & corporis utilitas non maior ijs qui inuisentur, & iuuabuntur, quam inuisentibus, & iuuantibus ipsis existet.

Domus refugij.

Fig. 31.

Solent in magnis ciuitatibus a flagitiosa vita reuocari aliqua depedita muliercula, quae quoniam non facile inueniunt, quod confugiant, sepe in eisdem peccatorum occasionibus reuoluntur, propterea comodum esset habere Refugij domum, in quam sese possent recipere, quoad vel in monasterium conuersarum, transirent si uellent, uel aliquod ipsis remedium opportunè daretur. Noui ego hominem priuatum qui suis sumptibus ad hoc, & ipsam domum destinaret in qua semper nonnullis id genus mulieribus victum suppedibat, & matronam grauem, ac spiritualem elegerat, quae earum mulierum curam gereret. Multis in locis consuetudo iam est, ut sub quadragesima, siue initio hebdomadae sancta instituat publicae

Oratio quadraginta horarum.

quadraginta horarum supplicatio in templo, quo tota ciuitas statutis horis, per parochias distributa conueniat, ubi breuissimuli sermones habentur a multis, uel ad recolendam Dominicae passionis acerbiteriam, uel ad excitandum peccatorum dolorem, hoc quoque ad salutem, pietatem, ac fructum ualet. Proximis quoque ante cineres diebus bacchanalibus quibus multi liberiori uitae habenas laxant, iam sancta inducta est consuetudo multis in locis celebrandi solenni popa, eodem modo quadraginta horarum orationem varijs adhibitis sermonibus musicoque concentu, ad auertendos ciuium animos ab indecoris spectaculis, & in christiano officio continendos. S. Carolus Borromeus solebat per eos dies, in diuersis parochijs sacrissimae Eucharistiae communionem cum solenni apparatu, magnoque fructu suarum ouium ministrare. Egregia sane industria, ac digna, quam omnes imitentur Episcopi. Haec a me hoc loco enumerata sunt exempli gratia. Ad prudentiam uero concionatoris pertinebit, diiudicare si quid ad aedificationem illius populi faciat, idque sine consilio praelati aut aliorum praestare non debet. Vbi uero, haec pia opera instituta sunt, animandi sunt, ut omnes quod agunt, bene agant, iuxta prouerbium Age quod agis.

Oratio

Oratio

Oratio

Oratio

Circa